UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. Sueuonia, prima pars Veræ Sueciæ, la Sueuonie premiere partie de la vraye Suede.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

la Gothie.	*Orientale, ou Eſt-Gothie.*	DANICI IVRIS ditiones	Gotlandia : *Gotland Iſle.* Scania : *Sconen.* Blekingia: *Blekingen.*

FIN-LAN-DIA *Finlandie.*
- Finlandia Meridionalis : *la Finlandie Auſtrale.*
- Finlandia Septentrionalis: *la Finlandie Boreale.*
- Caiania : *la Caianie.*
- Sauolaxia : *la Sauolaxie.*
- Tauaſtia : *la Tauaſtie.*
- Nylandia : *la Nylandie.*
- Carellia : *la Carellie.*

INGRIA *l'Ingrie.*

LIVONIA.
- Eſthonia : *Eſten.*
- Leitlandia : *Leitland.*
- CVRLANDIA *Curland.*
  - Curlandia propriè dicta : *Curland.*
  - Semigallia : *Semigallen.*

CAPVT II.

Suecia vera, ſeu propriè dicta.

§. I. *Sueuonia, prima pars veræ Suecia,* la Sueuonie, premiere partie de la vraye Suede.

VPLANDIA *la Vplande,* frumenti ferax.
- STOCHOLMIA, & Holmia : *Stocholm*, ſeu *Holm*, totius Regni caput, & Regis ſedes, in faucibus lacus Meleri *Meler*, piſcoſi in primis, quâ in vrbe nihil etiam ad delicias deeſt : ex bellis Germanicis, & ditior & lautior facta eſt.
- VPSALIA : *Vpſal*, totius Septentrionis olim Regia, vnde dicebatur *Vpſala Konung*, ſedes Archiepiſcopalis. Sita eſt ad Fl. Salam qui influit in lacum *Ekolen.* Incubat vrbi arx munitiſſima ex rupe : habet Academiam iam celeberrimam.
- Enecopia : *Encopen*, mercibus diues.
- Sigrunia : *Sigrun*, infra Vpſaliam.
- Oregrundia: *Oregrund*, ad mare è regione Inſulæ *Graſon.*
- Hinc quoque pendet ALANDIA Inſula multis minoribus Inſulis præcincta.

VESTMANIA *Veſtmanie.*	AROSIA: *Aroſen*, ſeu *Veſteras*, vrbs Epiſcopalis cum arce, vbi ingens cupri ferrique copia. Arbogia: *Arbo*, ad Fluuium cognominem. Kopinga: *Koping*, aliter *Kopung*, metallicis celebratiſſima.

DALECARLIA vbi fodinæ ad miraculum excauatæ, Regio populoſa, incolæ laboris patientiſſimi, nullam vrbem habet.

NERICIA *Nericie.*	Celebris ob ſanctam Brigittam, ſeu Birgittam, quam Brigidam vulgò vocamus, cuius maritus Vlfo huius tractus Princeps fuit. Orebrogia: *Orebro*, vnica huius prouinciæ vrbs.

SVDERMANIA *Sudermanie.*	NICOPIA: *Nycopung*, emporium cum arce pulcherrima, Ducis ſedes ad mare. Strengneſia: *Strengnes*, Epiſcopalis vbi templum clarum ſepultura Caroli IX. Telga: *Telgen*, ad partem Auſtralem Meleri lacus. Torſilia: *Torſil*, ad Melerum lacum. Troſa: *Troſen*, ad mare emporium.

§. 2. *Nortlandiæ*, les Nordelles: *hoc eſt prouinciæ in Septentrionem declinantes.*

NVM. I. *Geſtricia*, Geſtricie.

GEVALIA: *Geual*, emporium opportuno loco ſitum, mercibus abundans, regio frumenti, ferrique ferax.

NVM. 2. *Helſingia hæc maior, olim fuit regnum, habuere olim literas ſibi peculiares Helſingij, atque dialectum quâ etiam Caiani Finlandique hodie loquuntur, incolæ ſimplices, hoſpitales, atque ſtudioſi.*

HELSINGIA VERA *Helſing*, aliter & *Sundhede* dicta	Hudingſualdia: *Hudingſuald*, cuius indigenæ varias merces per totum mare Balthicum deportant.
MIDELPADIA *Midelpad.*	Eiuſdem cum ſuperiori regione conditionis, vnicam habet vrbeculam Tunam, vbi Reges Helſingiæ fixiſſe ſedem perhibentur.